

ВѢСТНИКЪ

ПЕРЕМЫСКОИ ЕПАРХІИ.

Рôкъ 1904. Выдано 2. Сѣчня Ч. I.

Ч. 1.

Ч. 6150. Перше посланїє св. Отця Пія Папы X.

По вступленю на катедру св. Петра выдавъ св. Отецъ Пій Папа X. перше Своє послане, котре Всч. Духовеньству подаєся въ оригинальнôмъ текстѣ:

„SANCTISSIMI DOMINI NOSTRI DIVINA PROVIDENTIA

PII PAPAE X

EPISTOLA ENCYCLICA

AD PATRIARCHAS PRIMATES ARCHIEPISCOPOS EPISCOPOS ALIOSQVE LOCORVM ORDINARIOS PACEM ET COMMVNIONEM CVM APOSTOLICA SEDE HABENTES

VENERABILIBVS FRATRIBVS PATRIARCHIS PRIMATIBVS ARCHIEPISCOPIS EPISCOPIS ALIISQVE LOCORVM ORDINARIIS PACEM ET COMMVNIONEM CVM APOSTOLICA SEDE HABENTIBVS

PIUS PP. X.

VENERABILES FRATRES SALVTEM ET APOSTOLICAM BENEDICTIONEM.

E supremi apostolatus cathedra, ad quam, consilio Dei inscrutabili, evecti fuimus, vobis primum eloquuturos, nihil attinet commemorare quibus Nos lacrymis magnisque precibus formidolosum hoc Pontificatus onus depellere a Nobis conati simus. Videmur

equidem Nobis, etsi omnino meritis impares, convertere in rem Nostram posse quae Anselmus, vir sanctissimus, querebatur quum, adversans et repugnans, coactus est honorem episcopatus suscipere. Etenim quae ille moeroris indicia pro se afferebat, eadem et Nobis proferre licet, ut ostendamus quo animo, qua voluntate Christi gregis pascendi gravissimum officii munus exceperimus. *Testantur*, sic ille[1]), *lacrymae meae et voces et rugitus a gemitu cordis mei, quales nunquam de me, ullo dolore, memini exiisse ante diem illam, in qua sors illa gravis archiepiscopatus Cantuariae visa est super me cecidisse. Quod ignorare nequiverunt illi qui, ea die, vultum meum inspexerunt... Ego magis mortuo quam viventi colore similis, stupore et dolore pallebam. Huic autem de me electioni, imo violentiae, hactenus, quantum potui, servata veritate, reluctatus sum. Sed iam, velim nolim cogor fateri quia quotidie iudicia Dei magis ac magis conatui meo resistunt, ut nullo modo videam me ea posse fugere. Unde iam, non tam hominum quam Dei, contra quam non est prudentia, victus violentia, hoc solo intelligo me uti debere consilio, ut, postquam oravi quantum potui, et conatus sum ut, si possibile esset, calix iste transiret a me ne biberem illum... meum sensum et voluntatem postponens, me sensui et voluntati Dei penitus committam.*

Nec plane repugnandi causae, multae et maximae, defuerunt Nobis. Praeterquam enim quod honore pontificatus, ob tenuitatem Nostram, nullo pacto Nos dignaremur; quem non moveret ei se successorem designari, qui, cum ecclesiam sex fere ac viginti annos sapientissime rexisset, tanta valuit alacritate ingenii, tanto virtutum omnium splendore, ut vel adversarios in sui admirationem traduxerit et memoriam sui nominis factis praeclarissimis consecrarit? — Dein, ut praetereamus cetera, terrebat Nos, quam quod maxime, ea quae modo est humani generis conditio afflictissima. Quem enim lateat, consociationem hominum gravissimo nunc, supra praeteritas aetates, atque intimo urgeri morbo; qui in dies ingravescens eamque penitus exedens ad exitium rapit? Morbus qui sit, intelligitis, Venerabiles Fratres; defectio abscessioque a Deo: quo nihil profecto cum pernicie coniunctius, secundum Prophetae dictum[2]). *Quia ecce, qui elongant se a te, peribunt.* Tanto igitur malo, pro pontificali munere quod demandabatur, occurrendum esse Nobis videbamus; arbitrabamur enim Dei iussum ad Nos pertinere: *Ecce constitui te hodie super gentes et super regna, ut evellas et destruas, et aedifices et plantes*[3]); verum conscii Nobis infirmitatis Nostrae, negotium, quod nihil simul haberet morae et difficultatis plurimum, suscipere verebamur.

Attamen, quoniam numini divino placuit humilitatem Nostram ad hanc amplitudinem potestatis provehere; erigimus animum *in eo qui Nos confortat*, Deique virtute freti manum operi admoventes, in gerendo pontificatu hoc unum declaramus propositum esse Nobis *instaurare omnia in Christo*[4]), ut videlicet sit *omnia et in omnibus*

1) Epp. l. III. ep. 1. — 2) Ps. LXXII, 27. — 3) Ierem. I, 10. 4) Ephes. I, 10.

Christus [5]. — Erunt profecto qui, divina humanis metientes, quae Nostra sit animi mens rimari nitantur atque ad terrenos usus partiumque studia detorquere. His ut inanem spem praecidamus, omni asseveratione affirmamus nihil, velle Nos esse, nihil, opitulante Deo, apud consociationem hominum futuros, nisi Dei, cuius utimur auctoritate, administros. Rationes dei rationes Nostrae sunt: pro quibus vires omnes vitamque ipsam devovere decretum est. Unde si qui symbolum a Nobis expetant, quod voluntatem animi patefaciat; hoc unum dabimus semper: *Instaurare omnia in Christo!*

Quo quidem in praeclaro opere suscipiendo urgendoque illud Nobis, Venerabiles Fratres, alacritatem affert summam, quod certum habemus fore vos omnes strenuos ad perficiendam rem adiutores. Id enim si dubitemus, ignaros vos, non sane iure aut negligentes putaverimus nefarii illius belli, quod nunc, ferme ubique, commotum est aque alitur adversus Deum. Vere namque in Auctorem suum *fremuerunt gentes et populi meditati sunt inania* [6]; ut communis fere ea vox sit adversantium Deo: *Recede a nobis* [7]. Hinc extincta omnino in plerisque aeterni Dei reverentia, nullaque habita in consuetudine vitae, publice ac privatim, supremi eius numinis ratio: quin totis nervis contenditur omnique artificio, ut vel ipsa recordatio Dei atque notio intereat penitus.

Haec profecto qui reputet, is plane metuat necesse est ne malorum, quae supremo tempore sunt expectanda, sit perversitas haec animorum libamentum quoddam ac veluti exordium; neve *filius perditionis*, de quo Apostolus loquitur [8], iam in hisce terris versetur. Tanta scilicet audacia, eo furore religionis pietas ubique impetitur, revelatae fidei documenta oppugnantur, quaeque homini cum Deo officia intercedunt tolere delere prorsus praefracte contenditur! E contra, quae, secundum Apostolum eundem, propria est *Antichristi* nota, homo ipse, temeritate summa, in Dei locum invasit, extollens se *supra omne quod dicitur Deus;* usque adeo ut, quamvis Dei notitiam extinguere penitus in se nequeat, Eius tamen maiestate reiecta, aspectabilem hunc mundum sibi ipse veluti templum dedicaverit a ceteris adorandus. *In templo Dei sedeat, ostendens se tamquam sit Deus* [9].

Enimvero hoc adversus Deum mortalium certamen qua sorte pugnetur nullus est sanae mentis qui ambigat. Datur quidem homini, libertate sua abutenti, rerum omnium Conditoris ius atque numen violare; verumtamen victoria a Deo semper stat: quin etiam tum propior clades imminet, quum homo, in spe triumphi, insurgit audentior. Haec ipse Deus nos admonet in Scripturis sanctis. *Dissimulat* scilicet *peccata hominum* [10] suae veluti potentiae ac maiestatis immemor: mox vero, post adumbratos recessus, *excitatus tamquam potens crapulatus a vino* [11], *confringet capita inimicorum suorum* [12], ut norint omnes *quoniam rex omnis terrae Deus* [13] *et sciant gentes quoniam homines sunt* [14],

---

5) Coloss. III, 11. — 6) Ps. II, 1. — 7) Iob. XXI, 14. — 8) II Thess. II, 3. — 9) II Thess. II, 2. — 10) Sap. XI, 24. — 11) Ps. LXXVII, 65. — 12) Ps. LXVII, 22. — 13) Ib. XLVI, 8. 14) Ib. IX, 20.

Haec quidem, Venerabiles Fratres, fide certa tenemus et expectamus. Attamen non ea impediunt quominus, pro nostra quisque parte, Dei opus maturandum nos etiam curemus: idque, non solum efflagitando assidue: *Exsurge, Domine, non confortetur homo*[15]; verum, quod plus interest, re et verbo, luce palam, supremum in homines ac naturas ceteras Dei dominatum adserendo vindicandoque, ut Eius imperandi ius ac potestas sancte colatur ab omnibus et observetur. — Quod plane non modo officium postulat a natura profectum, verum etiam communis utilitas nostri generis. Quorumnam etenim, Venerabiles Fratres, animos non conficiat trepidatio ac moeror, quum homines videant, partem maximam, dum quidem humanitatis progressus haud immerito extolluntur, ita digladiari atrociter inter se, ut fere sit omnium in omnes pugna? Cupiditas pacis omnium profecto pectora attingit, eamque nemo est qui non invocet vehementer. Pax tamen, reiecto Numine absurde quaeritur: unde namque abest Deus, iustitia exsulat; sublataque iustitia, frustra in spem pacis venitur. *Opus iustitiae pax*[16]. — Novimus equidem non paucos esse, qui studio pacis ducti *tranquillitatis* nempe *ordinis*, in coetus factionesque coalescunt, quae ab *ordine* nominant. Proh tamen spes curasque inanes! Partes *ordinis*, quae pacem afferre turbatis rebus reapse queant, unae sunt: partes faventium Deo. Has igitur promovere necesse est, ad easque quo licebit plures adducere, si securitatis amore incitamur.

Verum haec ipsa, Venerabiles Fratres, humanarum gentium ad maiestatem Dei imperiumque revocatio, quantumvis licet conemur, numquam nisi per Iesum Christum eveniet. Monet enim Apostolus: *Fundamentum aliud nemo potest ponere praeter id quod positum est, quod est Christus Iesus*[17] Scilicet unus ipse est, *quem Pater sanctificavit et misit in mundum*[17], *splendor Patris et figura substantiae eius*[19], Deus verus verusque homo: sine quo, Deum, ut oportet, agnoscere nemo possit; nam *neque Patrem quis novit nisi Filius, et cui voluerit Filius revelare*[20] — Ex quo consequitur, ut idem omnino sit *instaurare omnia in Christo* atque homines ad Dei obtemperationem reducere. Huc igitur curas intendamus oportet, ut genus hominum in Christi ditionem redigamus: eo praestito, iam ad ipsum Deum remigraverit. Ad Deum inquimus, non socordem illum atque humana negligentem, quem *materialistarum* deliramenta effinxerunt, sed Deum vivum ac verum, unum natura personis trinum, auctorem mundi, omnia sapientissime providentem, iustissimum denique legislatorem, qui sontes plectat, proemia proposita virtutibus habeat.

Porro qua iter nobis ad Christum pateat, ante oculos est: per Ecclesiam videlicet. Quamobrem iure Chrysostomus: *Spes tua Ecclesia, salus tua Ecclesia, refugium tuum Ecclesia*[21]. In id namque illam condidit Christus, quaesitam sui sanguinis pretio, eique doctrinam

---

[15]) Ps. IX, 19. — [16]) Is. XXXII, 17. — [17]) I Cor. III, 11. — [18]) Io. X, 36. — [19]) Hebr. I, 3. — [20]) Matth. XI, 27. — [21]) Hom. *de capto Eutropio*, n. 6.

suam ac suarum praecepta legum commendavit, amplissima simul impertiens divinae gratiae munera ad sanctitatem ac salutem hominum.

Videtis igitur, Venerabiles Fratres, quale demum Nobis vobisque pariter officium sit demandatum: ut consociationem hominum, a Christi sapientia aberrantem, ad Ecclesiae disciplinam revocemus; Ecclesia vero Christo subdet, Christus autem Deo. Quod si, Deo ipso favente, perficiemus, iniquitatem cessisse aequitati gratulabimur, audiemusque feliciter *vocem magnam de coelo dicentem: Nunc facta est salus et virtus et regnum Dei nostri et potestas Christi eius*[22]) — Hic tamen ut optatis respondeat exitus, omni ope et opera eniti opus est ut scelus illud immane ac detestabile, aetatis huius proprium, penitus eradamus, quo se nempe homo pro Deo substituit: tum vero leges Evangelii sanctissimae ab consilia in veterem dignitatem vindicanda; adserendae altius veritates ab Ecclesia traditae, quaeque eiusdem sunt documenta de sanctitate coniugii, de educatione doctrinaque puerili, de bonorum possessione atque usu, de officiis in eos qui publicam rem administrant; aequilibritas demum inter varios civitatis ordines christiano instituto ac more restituenda. — Nos profecto haec Nobis, Dei nutui obsequentes, in pontificatu prosequenda proponimus, ac pro virili parte prosequemur. Vestrum autem erit, Venerabiles Fratres, sanctitate, scientia, agendorum usu, studio cum primis divinae gloriae, industriis Nostris obsecundare, nihil aliud spectantes praeterquam ut in omnibus *formetur Christus*[23]).

Iam quibus ad rem tantam utamur adiumentis, vix dicere oportet; sunt enim de medio sumpta. — Curarum haec prima sunto, ut Christum formemus in iis, qui formando in ceteris Christo officio muneris destinantur. Ad sacerdotes mens spectat. Venerabiles Fratres. Sacris namque quotquot initiati sunt, eam in populis, quibuscum versantur, provinciam sibi datam norint, quam Paulus suscepisse testatus est amantissimis iis verbis: *Filioli mei, quos iterum parturio donec formetur Christus in vobis*[24]). Qui tamen explere munus queant, nisi priores ipsi Christum induerint? atque ita induerint, ut illud Apostoli eiusdem usurpare possint: *Vivo ego, iam non ego, vivit vero in me Christus*[25]). *Mihi vivere Christus est*[26].) Quamobrem, etsi ad fideles omnes pertinet hortatio *ut occurramus in virum perfectum, in mensuram aetatis plenitudinis Christi*[27]), praecipue tamen ad illum spectat qui sacerdotio fungitur; qui idcirco dicitur *alter Christus*, non una sane potestatis communicatione sed etiam imitatione factorum, qua expressam in se Christi imaginem praeferat.

Quae cum ita sint, quae vobis quantaque, Venerabiles Fratres, ponenda cura est in clero ad sanctitatem omnem formando! huic, quaecumque obveniant, negotia cedere necesse est. Quamobrem pars potior diligentiarum vestrarum sit de

---

[22]) Apoc. XII, 10. — [23]) Gal. IV, 19. — [24]) Ibid. — [25]) Gal. II, 20. — [26]) Philipp. I, 21. — [27]) Ephes IV, 3.

seminariis sacris rite ordinandis moderandisque, ut pariter integritate doctrinae et morum sanctitate floreant. Seminarium cordis quisque vestri delicias habetote, nihil plane ad eius utilitatem omittentes, quod est a Tridentina Synodo providentissime constitutum. — Quum vero ad hoc ventum erit ut candidati sacris initiari debeant, ne quaeso excidat animo quod Paulus Timotheo perscripsit: *Nemini cito manus imposueris* [28]); illud attentissime reputando, tales plerumque fideles futuros, quales fuerint quos sacerdotio destinabitis. Quare ad privatam quancumque utilitatem respectum ne habetote; sed unice spectetis Deum et Ecclesiam et sempiterna animorum commoda, ne videlicet, uti Apostolus praecavet, *communicetis peccatis alienis* [29]). — Porro sacerdotes initiati recens atque e seminario digressi industrias vestras ne desiderent. Eos, ex animo hortamur, pectori vestro, quod coelesti igne calere oportet, admovete saepius, incendite, inflammate ut uni Deo et lucris animorum inhient. Nos equidem, Venerabiles Fratres, diligentissime providebimus ne homines sacri cleri ex insidiis capiantur novae cuiusdam ac fallacis scientiae, quae Christum non redolet, quaeque, fucatis astutisque argumentis, *rationalismi* aut *semirationalismi* errores invehere nititur; quos ut caveret iam Apostolus Timotheum monebat, scribens: *Depositum custodi, devitans profanas vocum novitates et oppositiones falsi nominis scientiae, quam quidam promittentes, circa fidem exciderunt* [30]). Hoc tamen non impedimur quo minus laude dignos existimemus illos e sacerdotibus iunioribus, qui utilium doctrinarum studia, in omni sapientiae genere, persequuntur, ut inde ad veritatem tuendam atque osorum fidei calumnias refellendas instructiores fiant. Veruntamen celare haud possumus, quin etiam apertissime profitemur, primas Nos semper delaturos iis qui, quamvis sacras humanasque disciplinas minime praetereunt, proxime nihilosecius animorum utilitatibus se dedant, eorum procuratione munerum, quae sacerdotem deceant divinae gloriae studiosum. *Tristitia* Nobis *magna est et continuus dolor cordi* Nostro [31]), quum cadere etiam in aetatem nostram conspicimus Ieremiae lamentationem: *Parvuli petierunt panem, et non erat qui frangeret eis* [32]). Non enim de clero desunt, qui, pro cuiusque ingenio, operam forte navent rebus adumbratae potius quam solidae utilitatis: at verum non adeo multi numerentur qui, ad Christi exemplum, sibi sumant Prophetae dictum; *Spiritus Domini unxit me, evangelizare pauperibus misit me, sanare contritos corde, praedicare captivis remissionem et coecis visum* [33]). — Quem tamen fugiat, Venerabiles Fratres, quum homines ratione maxime ac libertate ducantur, religionis disciplinam potissimam esse viam ad Dei imperium in humanis animis restituendum? Quot plane sunt qui Christum oderunt, qui Ecclesiam, qui Evangelium horrent ignoratione magis quam pravitate animi! de quibus iure dixeris: *quaecumque*

---

[28]) I Tim. v, 22. — [29]) Ibid. — [30]) I Tim. VI, 20 S. — [31]) Rom. IX, 2; — [32]) Thren. IV, 4. — [33]) Luc. IV, 18-19.

ignorant blasphemant [34]. Idque non in plebe solum reperire est aut in infima multitudine, quae ideo in errorem facile trahitur; sed in excultis etiam ordinibus atque adeo in iis, qui haud mediocri eruditione ceteroqui polleant. Hinc porro in plerisque defectus fidei. Non enim dandum est, scientiae progressibus extingui fidem, sed verius inscitia; ut idcirco ubi maior sit ignorantia, ibi etiam latius pateat fidei defectio. Qua propter Apostolis a Christo mandatum est: *Euntes, docete omnes gentes* [35].

Nunc autem, ut ex docendi munere ac studio fructus pro spe edantur atque in omnibus *formetur Christus*, id penitus in memoria insideat, Venerabiles Fratres, nihil omnino esse caritate efficacius. *Non* enim *in commotione Dominus* [36] Allici animos ad Deum amariore quodam conatu, speratur perperam: quin etiam errores acerbius increpare, vitia vehementius reprehendere damno magis quam utilitati aliquando est. Timotheum quidem Apostolus hortabatur: *Argue, obsecra, increpa*, attamen addebat: *in omni patientia* [37] — Certe eiusmodi nobis exempla prodidit Christus. *Venite*, sic ipsum alloquutum legimus, *venite ad me omnes qui laboratis et onerati estis, et ego reficiam vos* [38]. Laborantes autem oneratosque non alios intelligebat, nisi qui peccato vel errore tenerentur. Quanta enimvero in divino illo magistro mansuetudo! quae suavitas, quae in aerumnosos quoslibet miseratio! Cor eius plane pinxit Isaias iis verbis: *Ponam spiritum meum super eum, non contendet neque clamabit, arundinem quassatam non confringet et linum fumigans non extinguet* [39]. — Quae porro caritas, *patiens* et *benigna* [40] ad illos etiam porrigatur necesse est, qui sunt nobis infesti vel nos inimice insectantur. *Maledicimur et benedicimus*, ita de se Paulus profitebatur, *persecutionem patimur et sustinemus, blasphemamur et obsecramus* [41]. Peiores forte quam sunt videntur. Consuetudine enim aliorum, praeiudicatis opinionibus, alienis consiliis et exemplis, malesuada demum verecundia in impiorum partem translati sunt: attamen eorum voluntas non adeo est depravata, sicut et ipsi putari gestiunt. Quidni speremus christianae caritatis flammam ab animis caliginem dispulsuram atque allaturam simul Dei lumen et pacem? Tardabitur quandoque forsitan laboris nostri fructus, sed caritas sustentatione nunquam defatigatur, memor non esse praemia a Deo proposita laborum fructibus sed voluntati. —

Attamen, Venerabiles Fratres, non ea Nobis mens est ut, in toto hoc opere tam arduo restitutionis humanarum gentium in Christo, nullos vos clerusque vester adiutores habeatis. Scimus mandasse Deum unicuique de proximo suo [42]. Non igitur eos tantum, qui sacris se addixerunt, sed universos prorsus fideles rationibus Dei et animorum adlaborare oportet: non marte utique quemque suo

---

[34] Iud. II, 10. — [35] Matth. XXVIII, 19. — [36] III Reg. XIX, 11. — [37] II Tim. IV, 2. [38] Matth. XI, 28. — [39] Is. XLII, 1 s. — [40] I Cor. XIII, 4. — [41] Ibid. IV, 12 s. — [42] Eccli. XVII, 12.

atque ingenio, verum semper Episcoporum ductu atque nutu; praeesse namque, docere, moderari nemini in Ecclesia datur praeter quam vobis, *quos Spiritus Sanctus posuit regere Ecclesiam Dei*[43]. — Catholicos homines, vario quidem consilio at semper religionis bono, coire inter se societatem, Decessores Nostri probavere iamdiu bonaque precatione sanxerunt. Institutum porro egregium Nos etiam laudatione Nostra ornare non dubitamus, optamusque vehementer ut urbibus agrisque late inferatur ac floreat. Verumenimvero consociationes eiusmodi eo primo ac potissimum spectare volumus, ut quotquot in illas cooptantur christiano more constanter vivant. Parum profecto interest quaestiones multas subtiliter agitari, deque iuribus et officiis eloquenter disseri, ubi haec ab actione fuerint seiugata. Postulant enim actionem tempora; sed eam quae tota sit in divinis legibus atque Ecclesiae praescriptis sancte integreque servandis, in religione libere aperteque profitenda, in omnigenae demum caritatis operibus exercendis, nullo sui aut terrenarum utilitatum respectu. Illustria eiusmodi tot Christi militum exempla longe magis valitura sunt ad commovendos animos rapiendosque quam verba exquisitaeque disceptationes; fietque facile ut, abiecto metu, depulsis praeiudiciis ac dubitationibus, quamplurimi ad Christum traducantur provehantque ubique notitiam eius et amorem; quae ad germanam solidamque beatitatem sunt via. Profecto si in pagis quibusvis praecepta Dei tenebuntur fideliter, si sacris erit honos, si frequens sacramentorum usus, si cetera custodientur quae ad christianae vitae rationem pertinent; nihil admodum, Venerabiles Fratres, elaborandum erit ulterius ut omnia in Christo instaurentur. Neque haec solum coelestium bonorum prosequutionem spectare existimentur: iuvabunt etiam, quam quae maxime, ad huius aevi publicasque civitatum utilitates. His namque obtentis, optimates ac locupletes aequitate simul et caritate tenuioribus aderunt, hi vero afflictioris fortunae angustias sedate ac patienter ferent; cives non cupiditati sed legibus parebunt; principes et quotquot rempublicam gerunt, quorum *non est potestas nisi a Deo*[44], vereri ac diligere sanctum erit. Quid plura? Tunc demum omnibus persuasum fuerit debere Ecclesiam, prouti ab auctore Christo est condita, plena integraque libertate frui nec alienae dominationi subiici; Nosque, in hac ipsa libertate vindicanda, non religionis modo sanctissima tueri iura, verum etiam communi populorum bono ac securitati prospicere. Scilicet *pietas ad omnia utilis est*[45]; eaque incolumni ac vigente, *sedebit* reapse *populus in plenitudine pacis*[46].

Deus, *qui dives est in misericordia*[47], hanc humanarum gentium in Christo Iesu instaurationem benignus festinet; *non* enim *volentis* opus *neque currentis, sed miserentis est Dei*[48]. Nos vero; Venerabiles Fratres, *in spiritu humilitatis*[49] quotidiana

---

[43]) Act. XX, 28. — [44]) Rom. XIII, 1. — [45]) Tim. IV, 8. — [46]) Is. XXXII, 18. — [47]) Ephes. II, 4. — [48]) Rom. IX, 16. — [49]) Dan. III, 39.

et instanti prece id ab Eo contendamus ob Iesu Christi merita. Utamur praeterea praesentissima Deiparae impetratione: cui conciliandae Nobis, quoniam has litteras die ipsa damus, quae recolendo Mariali Rosario est instituta; quidquid Decessor Noster de octobri mense Virgini augustae dicando edixit, publica per templa omnia eiusdem Rosarii recitatione, Nos pariter edicimus et confirmamus; monentes insuper ut deprecatores etiam adhibeantur castissimus Dei Matris Sponsus catholicae Ecclesiae patronus sanctique Petrus et Paulus apostolorum principes.

Quae omnia ut rite eveniant et cuncta vobis pro desiderio fortunentur, divinarum gratiarum subsidia uberrime exoramus. Testem vero suavissimae caritatis, qua vos et universos fideles, quos Dei providentia Nobis commendatos voluit, complectimur, vobis, Venerabiles Fratres, clero populoque vestro apostolicam benedictionem amantissime in Domino impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum, die IV octobris MCMIII, Pontificatus Nostri anno primo.

PIVS PP. X.“

Вôдъ Еп. гр. кат. Ординаріята.

Перемышль дня 26. Грудня 1903.

Ч. 2

Ч. 3971. — Въ справѣ веденя книгъ метрикальныхъ.

Высоке ц. к. Намѣстництво пôдъ днемъ 1. липня 1903 Ч. 90837 зауделило Еписк. Консисторіи слѣдуюче рѣшене:

„Ц. к. Намѣстництво зауважало, що духовеньство парохіяльне не завсьгди сповняе точно свôй обовязокъ въ провадженю книгъ метрикальныхъ пôдъ взглядомъ запису случаѣвъ уродженя, вѣнчаня и смерти, котрî ся лучили въ окрузѣ ихъ парохіи.

Вже патентъ цѣсарскій зъ дня 20. лютого 1784 пôдносить зъ натискомъ, що реєстра уродженыхъ, вѣнчаныхъ и померших суть актами великои важности такъ для круга дѣйствія державного, якъ такожь для правно-приватныхъ обстоятельствъ горожанъ державы, позаякъ становлять доказъ стосунку фамилійного поодинокихъ осôбъ не меньше правъ и обовязкôвъ выплываючихъ пôсля приписôвъ закона цивільного зъ стосунку правно заключеного супружества.

Мимо того случае ся, що духовеньство парохіяльне не записуе кождымъ разомъ до книги метрикальнои въ присутности свѣдкôвъ актôвъ крещеня або вѣнчаня заразъ по вôдбутю дотычного акту, але вôдбутый актъ нотуе собѣ тымчасомъ на карточцѣ, пôзнѣйше черезъ забуте або затрачене карточки не втягае до метрикъ

тыхъ нотатокъ, въ случаяхъ же окрещеня або похороненя особы иншого обряду занедбуе донести о тôмъ въ терминѣ 8 дневнôмъ приписанымъ рескриптомъ міністеріяльнымъ зъ 10 серпня 1886 приналежному парохови въ цѣли вписаня до своеи книги метрикальнои.

Случае ся такожъ, що при записаню акту уродженя, вѣнчаня або смерти до книгъ метрикальныхъ, духовеньство умѣщае будьто невластиве назвиско родове дотычнои особы, будьто записуе тое назвиско ошибочно пôдъ взглядомъ писовнѣ и происходженя особы, надто не перестерѣгае рескрипту міністеріяльного зъ 16. вересня 1875 Ч. 1767 Ч. 66. Дн. у. кр. приписуючого провадженє записôвъ метрикальныхъ въ языцѣ латиньскôмъ и выдаваня вытягôвъ метрикальныхъ (выписôвъ) згаджаючихъ ся дословно зъ записами въ книгахъ метрикальныхъ.

Понеже занедбане запису въ книгахъ метрикальнихъ актôвъ уродженя и окрещеня, такожъ вѣнчаня або смерти въ загалѣ и такожъ ошибочне записуване тыхъ актôвъ спроваджае не тôлько для правительства але такожъ для особъ интересованыхъ дуже шкôдливи̂ наслѣдки, особливо, що въ тôмъ случаю пôсля припису нормального зъ 23. цвѣтня 1813 ч. 13683 мусить бути позволене доказати тое, що мусѣло бути черезъ метрики окрещеня, вѣнчаня або смерти доказане, иншимъ дуже тяжливымъ и коштовнымъ способомъ, проте ц. к. Намѣстництво упрашае Высокопреподобну Консисторію о препорученє урядамъ парохіяльнымъ, щобы въ провадженю записôвъ метрикальныхъ завсѣгды тримали ся точно обовязуючихъ приписôвъ и не наражали стороны на трудъ и кошта выплываючи̂ зъ залишеня своего обовязку въ провадженю записôвъ метрикальныхъ, деканамъ же пригадати ихъ обовязокъ, абы при періодичныхъ візитаціяхъ переконували ся, чи ти̂ приписы суть точно перестерѣгани̂ и о кождôмъ случаю занедбаня запису, будьто ошибочного запису акту уродженя и окрещеня, такожъ вѣнчаня або смерти доносили дотычнôй Власти въ цѣли властивого дальшого зарядженя.

Въ кôнци зволить Высокопреподобна Консисторія поучити пôдвладни̂ (власти) уряды парохіяльни̂, що прошеня о диспензу вôдъ перешкоды покровеньства або посвояченя въ цѣли заключеня супружества, мають стороны (женихи) въ мысль §. 88. зак. держ. сами̂ и въ власнôмъ имени (а не уряды парохіяльни̂ въ имени жениховъ) внести впростъ (непосредственно) до ц. к. Намѣстництва и долучити до просьбы — черезъ жениховъ пôдписаный родовôдъ черезъ властивый Урядъ парохіяльный потверджений — зъ котрого бы повзяти можна степень заходячого межи наречеными покровеньства взглядно посвояченя, такожъ дату уродженя нареченыхъ не меньше дату смерти мужа нареченои, взглядно дату смерти жены нареченого.“

Удѣляе ся Всеч. Духовеньству до вѣдомости и точного захованя.

Вôдъ Еп. Консисторіи.

Перемышль 28. Грудня 1903.

Ч. 3.

Ч. 7488. Конкурсъ на посаду гр. к. катихита при школѣ выдѣловой мужеской въ Дрогобычи.

Ц. к. Рада шкôльна окружна въ Дрогобычи оголошуе п. днемъ 21. Грудня 1903 Ч. 1804 конкурсъ на посаду гр. к. катихита при школѣ выдѣловой мужеской въ Дрогобычи зъ платнею 1760 к. и на посаду гр. к. катихита при школѣ 4-клясовой мужеской въ Дрогобычи зъ платнею 1320 к. зъ речинцемъ до дня 30 Сѣчня 1904.

О тôмъ повѣдомляе ся Преч. клиръ дiецезальный.

Вôдъ Еп. Ординарiята.

Перемышль, дня 25. Грудня 1903.

Ч. 4.

Ч. 7412. О вынайденю дѣйствiя рожденя Симеона Станьовского.

Въ цѣли вынайденя запису дѣйствiя рожденя Симеона Станьовского уродженого догадно около року 1780. (Simon Staniowski vel Stanovsky) Прч. Уряды парох., переглянуть книги метрикальнѝ рожденя и евентуально о найденôмъ записѣ сюда донесуть.

Вôдъ Еп. Консисторiи.

Перемышль, дня 28. Грудня 1903.

Ч. 5.

Ч. 6779. О выданю нового повного молитвослова для мiрянъ.

Ставропигiйскiй Институтъ выдавъ новый Повный молитвословъ для мiрянъ.

Во виду, що молитвословъ той своимъ содержанемъ есть одинокимъ въ своимъ родѣ, якiй до сихъ поръ появлявъ ся на Галицкой Руси и мѣститъ въ собѣ крôмъ звычайныхъ молитовъ и богослуженiй на всѣ праздники цѣлого року еще и молитвы, вынятѝ изъ трiоды и акафистника, такожъ Честный параклисъ къ Пр. Богородицѣ, поклонный канонъ св. Андрея Критского и проч. поручае ся тойже

Всч. Духовеньству, всѣмъ низшимъ и середнымъ учебнымъ заведенямъ и въ загалѣ гр. кат. интелигенціи.

Цѣна молитвослова въ шкôрянôмъ переплетѣ о зол. берегахъ . . . 2·20 к.

„ „ въ мягкôмъ шкôрянôмъ переплетѣ о зол. бер. . 2·70 к.

Вôдъ Еп. Консисторіи.

Перемышль, 31. Грудня 1903.

ХРОНИКА.

Именованя.

Ч. 6299/03. О. Копыстяньскій Климентій деканъ Бѣцкій и парохъ въ Реґетовѣ, им. орд. комисаремъ до надзору науки религіи въ ц. к. ґімназіи въ Яслѣ — О. Кисѣлевскій Філемонъ парохъ въ Грабѣ — орд. шк. комисаремъ для школъ деканата Дукляньского въ округахъ Горлицѣ и Ясло лежачихъ (по добровôльнôмъ зреченю ся тои довжности о. Іоана Мышковского пароха въ Перегримцѣ).

Ч. 373/орд. О. Бѣрецкій Іоанъ деканъ и парохъ въ Лѣску им. тіт. Совѣтникомъ Еп. Консисторіи.

Ч. 6319. О. Левицкій Петръ парохъ въ Яворовѣ им. завѣдателемъ деканата Яворôвского а о. Волосяньскій Іоанъ парохъ въ Краковци М. деканомъ Яворôвскимъ.

Ч. 7361. О. Бачиньскій Володимиръ парохъ въ Стôбнѣ — им. орд. шкôльнымъ комисаремъ до надзору науки религіи въ школахъ народ. деканата Перемыско-Загородского (по добровôльнôмъ зреченю ся тои довжности о. Андрея Гайдукевича пароха въ Святôмъ).

Вôдличія крылошаньскѣ получили.

Ч. 6693. Дръ Масцюхъ Василій префектъ тут. дух. Семинаріи, и о. Чабанъ Назарій духовникъ тут. дух. Семинаріи.

Ч. 373/орд. О. Венгриновичь Атаназій парохъ въ Завадцѣ, и о. Полошиновичь Юл. парохъ въ Середницѣ.

Ч. 374/орд. О. Плошевскій Іосифъ парохъ въ Залужи, и о. Калужняцкій Іоанъ парохъ въ Загôрю.

Ч. 6735. О. Козаневичь Иннокентій парохъ въ Валявѣ.

Каноничну институцію получили:

Ч. 6809. О. Говда Александеръ на парохію Боднарка.

Ч. 7010. О. Луцкій Петръ на парохію Поляна.

Завѣдательства получили:

Ч. 7010. О. Коцюба Александеръ въ Смôльнику дек. Затварницкого.

„ 7413. „ Мацюракъ Стефанъ въ Сѣлци дек. Мокряньского.

„ 7510. „ Малярчикъ Алексей въ Горуцку дек. Дрогобыцкого.

„ 7363. „ Менциньскій Емиліянъ въ Маластовѣ дек. Бѣцкого.

Въ пропозицію принятй:

Ч. 7238. На парохію Цетуля дек. Ярославского: 1. Кузьмакъ Михаилъ, 2. Бурмичь Ник., 3. Паньковскій Илярій, 4. Крушиньскій Ром., 5. Федевичь Ем, 6. Шумелда Іоанъ, 7. Карановичь Іосифъ, 8. Дыгдалевичь Мих., 9. Косоноцкій Михаилъ, 10 Накловичь Михаилъ, 11 Лопатякъ Николай.

Ч. 7240. На парохію Горинець, дек. Любачôвского: 1. Мокрицкій Вас. 2. Паньковскій Илярій, 3. Сиротиньскій Орестъ, 4 Яхно Яковъ, 5. Посѣкира Мих., 6. Косоноцкій Мих., 7. Накловичь Михаилъ.

Ч. 7243 На парохію Залокоть дек. Старосамбôрского; 1. Венгриновичь Антоній, 2. Гичко Діонизій, 3. Валюхъ Іоанъ, 4. Антоневичь Маріянъ, 5 Каровецъ Гр., 6. Яхно Яковъ, 7. Мацюракъ Стефанъ, 8. Татомиръ Михаилъ.

Ч. 7245. На парохію Щирецъ дек. Любачôвского; 1. Бурмичь Ник.; 2. Паппъ Орестъ 3. Сенишинъ Іоанъ.

Ч. 7244. На парохію Звôръ дек. Старосамбôрского: 1. Яцевъ Алек., 2. Каровецъ Гр., 3. Яхно Яковъ 4. Лахъ Димитрій, 5. Мацюракъ Стефанъ, 6. Юзьвякъ Михаилъ.

Ч. 7248. На парохію Михалевичи дек. Комарняньского: Каровецъ Григорій.

Ч. 7249. На парохію Ростока вел. дек. Мушиньского: 1. Дуркотъ Алекс., 2. Смолиньскій Василій, 3. Бырка Іоанъ.

Ч. 7250. На парохію Любинѣ дек. Яворôвского: Подлускій Петръ.

Ч. 7251. На парохію Лопѣнка дек. Балигородского: Лахъ Димитрій.

Ч. 7216. На парохію Ломна дек. Добромильского: 1. Бурмичь Ник., 2. Паньковскій Илярій, 3. Тымчишинъ Мих, 4. Косоноцкій Мих., 5. Наклевичь Мих.

Ч. 7253. На парохію Ветлина дек. Балигородского: Касюракъ Евстахій.

Ч. 7270. Высоке ц. к. Намѣстництво розпорядженемъ зъ дня 29/11 1903 Ч. 157446 продовжило дотацію зъ фонда рел. на дальшій рôкъ для сотрудника въ Гуссаковѣ.

Ч. 7271. Тоєжь розпорядженемъ зъ дня 29/11 1903 Ч. 160304 продовжило таку саму дотацію для сотрудника въ Кунинѣ.

Ч. 7272. Тоєжь розпорядженемъ зъ дня 30/11 1903 Ч. 157008 продовжило таку саму дотацію для сотрудника въ Бутынахъ.

Ч. 7437. Тоєжь розпорядженемъ зъ дня 10/12 1902 Ч. 165616 продовжило таку саму дотацію для сотрудника въ Спасовѣ.

Ч. 7438 Тоєжь розпорядженемъ зъ дня 9/12 1903 Ч. 165614 продовжило таку саму дотацію для сотрудника въ Карликовѣ.

Грамоту узнаня и похвалы зъ Архієрейскимъ благословенемъ получили:

Ч. 898. Чест. парохіяне въ Угерцяхъ незабитовскихъ за приукрашене Церкви коштомъ 2718 к. Г. Григорій Максимôвъ господаръ въ Угерцяхъ незаб. за жертву 650 к. на справлене паука до мѣсцевой Церкви. Ч Михаилъ Трунко Чайковскій провизоръ церк. въ Угерцяхъ незабит. за жертву 346 к. на внутренне украшене Церкви. Ч. Григорій Попель господаръ въ Чайковичахъ за жертву 250 к. на внутренне украшене Церкви въ Чайковичахъ.

Ч. 1502. Чест. Николай Мыцовъ господаръ въ Пашовой за вплывъ, заохоту, численый трудъ и добрый примѣръ до хорошого вôдновленя мѣсцевои Церкви добровôльными жертвами въ сумѣ 5140 к. Чест. Тімотей Мыцовъ господаръ въ Пашовой за справлене для мѣсцевой Церкви Евангелія за 230 коронъ. Чест. Стефанъ Мыцовъ господаръ въ Пашовой за жертву 300 коронъ на внутренне украшене мѣсцевои Церкви.

Ч. 1443. Вблаг. П. Станиславъ гр. Стадницкій властитель посѣлостей земскихъ въ Крисовичахъ за дароване 10000 цеголъ на вôдновлене гр кат. дочер. Церк. въ Боевичахъ ad Гуссаковъ. Чест. Теодоръ Гнатишакъ госп. въ Гуссаковѣ за жертву 350 кор. на внутренне украшене Церкви въ Гуссаковѣ.

Ч. 1895. Чест. Теодоръ Г. дакъ господаръ въ Михновци за справлене до Церкви въ Михновци дзвона за 1400 коронъ.

Ч. 2132. Чест. парохіяне въ Воли цеклиньской за вôдновлене и хороше приукрашене зъ внѣ и въ внутрѣ мѣсцевои Церови коштомъ 13000 коронъ.

Ч. 2255. Чест. парохіяне въ Войславичахъ за цѣлковите вôдновлене матерной Церкви коштомъ 11821 коронъ.

Ч. 2184. Ч. Григорій Будзиньскій господаръ въ Гусаковѣ за жертву 400 кор. на приукрашене мѣсцевои Церкви.

Ч. 2161. Ч. Михаилъ и Катарина Сишко господарѣ въ Дахновѣ за жертву 150 кор. на внутренне украшене мѣсцевои Церкви.

Ч. 2632. Чест. громада въ Ясеницѣ замкôвой за понесенй труды и значнй жертвы при поставленю и устроеню новои тамже Церкви Чест. Василій и Ева Малцевй господаръ въ Ясеницѣ замковой за справлене кивота до новои Церкви въ Ясеницѣ зам. коштомъ 300 коронъ.

Ч. 3738. Дальшій выказъ жертвъ вплынувшихъ на вôдреставроване гр. к. Церкви въ Розборѣ Округлôмъ деканату Порохницкого за часъ вôдъ 21. Сѣчня 1903 до 20. червня 1903.

Вп. Панъ Дръ Александеръ Дзеровичъ Новый Санчъ 4 к., Вп. П. Дръ Литвиновичъ Орестъ зъ Толмача 5 к., Всеч. гр. к. Урядъ парохіяльный Мишлятычи 2 к., Всеч. О. Іосифъ Мащакъ, парохъ въ Бахури 2 к., Всеч. О. Теофиль Турчмановичъ деканъ въ Рыпянѣ 2 к., Вп. П. Денисъ Глѣбовицкій ц. к судія въ Порохнику 5 к., Всеч. О. В. Породко парохъ въ Глиньску 2 к., Вбл, П. І. А. Марковъ у Львовѣ пять рублей вôдъ Впр. Протоерея Ник. Ливчака зъ Александрова Варшавской ґуберніи (черезъ П. Т. Редакцію Галичанина) 12 к 60 с., Всеч. О. В. Скоробогатый парохъ Бортникъ 1 к., Преч. гр. к. Урядъ парохіяльный въ Дѣдушичахъ великихъ 3 к., Преч. гр. к. Урядъ парохіяльный Рѣчки почта Соколôвка 3 к., Всеч. О. Василь Коржиньскій зъ Медведовиць 4 к., Всеч. О. Григорій Процикъ парохъ въ Монастырчанахъ 2 к., Всеч. О. Іосифъ Бабѣй зъ Церковной почта Витвиця 1 к. 60 с., Всеч. О. Ѳ. Царевичъ зъ Кобыловолокъ 4 к., Преч. гр, к. Урядъ парохіяньный Молодкôвъ 1 к., Сьв. А. Шусиль, Самолуски почта Самолуски 2 к., Всеч. О. Григорій Сирисъ зъ Хотыньця 2 к. Всеч. О. Корнилій Копыстяньскій изъ Зиндрановой 5 к., Преч. гр. к. Урядъ парох. въ Бѣлôй почта Маґерôвъ 2 к., Вп. П. Д. Биласъ ц. к. надконтрольоръ въ Яслѣ 2 к., Впр. О. Михаилъ Ольшаньскій деканъ въ Старявѣ 4 к., Всеч. О. Еуґеній Ляховичъ въ Литовиску, почта Пеняки 2 к., Всеч. О. М. Зятыкъ парохъ Миротина 3 к., Вп. П.

Іоанъ Раставецкій нотаръ въ Куликовѣ 10 к., Вп. П. Ярославъ Лепкій ц. к. секретаръ суду въ Городку 2 к., Вп. П. Титъ Реваковичъ ц. к. Совѣникъ у Львовѣ 2 к., Вп. О. Юліянъ Целевичъ нотаръ въ Угновѣ 5 к., Вп. П. Д. Кудва почта Старый Самбôръ 2 к., Вп П. Романъ Алексевичъ зъ Угнова по разъ другій по 5 к., Вп. П. Др. Дембицкій зъ Коломыѣ 10 к., Всеч. О. Іосифъ Чубатый парохъ Кѣйданова 4 к., Вп. П. Миронъ Кимаковичъ ц. к. адюнктъ Суду Залѣщики 2 к., Гр. к. Церковъ въ Крупци почта Нароль 2 к., Вп. П. Атанасъ Скобельскій ц. к. Совѣтникъ суду въ Золочевѣ 5 к., Вп. П. Др. В. С. Юрченко адвокатъ Коломыя 5 к., За 2 примѣники сочиненя „О. Іоанъ Боско“ Всеч. О. Кир. Селецького 2 к, Вп. П. Др. Михаилъ Король адвокатъ Жовква 2 к.

Всего въ III. выказѣ за часъ вôдъ 21/I 1903 до 20/VI 1903 137 к. 81 с.

Всѣхъ жертвъ вплынувшихъ до 20. червня 1903 выносить сума въ трехъ выказахъ подана 663 к. 06 с., се есть шѣстьсотъ шѣстьдесять три коронъ и 6. сотыкôвъ.

Всъмъ Великодушнымъ П. Т. Жертводавцямъ складаю щиру подяку и Спаси Бôгъ а при тôмъ умолаю и вôдзиваю ся до милосердныхъ сердець цѣлой патриотычной Суспôльности Неньки нашой сьв. Руси, щобы памятали и дальше на насъ на наше чорне, незавидне положене и лихолѣте лютого времени, въ якôмъ проживае гр. к. парохія Розбôръ Округлый, та зволили вселаскаво подавати намъ на будуче Свою щедру и помôчну руку.

Въ имени парохіянъ и комитету о. Иванъ Сенета, парохъ.

Розбôръ Округлый, дня 20. червня 1903.

Некрологія.

О. Менциньскій Іосифъ парохъ въ Маластовѣ уп. 5. Грудня 1903.
„ Алексевичь Юліянъ въ пенсіи уп. 5. Грудня 1903.
„ Чайковскій Волод. парохъ въ Сѣлци уп. 15. Грудня 1903.
„ Комарницкій Волод. пар. въ Горуцку уп 21. Грудня 1903.

Души ихъ поручаютъ ся молитвамъ Прч. Клира.

Вôдъ Еп. Консисторіи.

Перемышль, 31. Грудня 1903.

† КОНСТАНТИНЪ
ЕПИСКОПЪ.

О. Іоанъ Стрыйскій,
Канцлеръ.

Накладомъ гр. кат. Еп. Консисторіи въ Перемышли. Зъ печатнѣ Іосифа Стифіого въ Перемышли 1904.